



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stella Mystica

Bonald, François

Coloniae, 1607

Clarissimo Et Consultissimo Viro D. Melchiori Linokio Iurisconsulo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10014

CLARISSIMO
ET CONSULTISSIMO
VIRO D. MELCHIORI
LINCKIO Juriscon-
sult. o.



VLLVM est,
Clarissimè
LINCKI ma-
re tam turba-
lèrum, quod
tam multis
tempestatibus ac procellis
quatiatur, atque tantis peri-
culis plenum sit, quantis præ-
sens hic mundus. Quis enim
explicare sufficiat, quam sæ-
ui illic & immites superbiæ
aliorumque scelerum ven-
ti, qui foedis tempestatibus
excitatis, miseros homines
ita iactitant, & modò in sub-
† 2 limi

EPISTOLA

limi pendentes nubes attingere: modò ad ima terre subducta vnda mergi videantur? Quis comprehendat quam immanes in animis hominũ fluctus excitent, spes & metus: gaudium & tristitia, quæ nonnunquam secunda fortuna elatos nimio gaudio efferunt: aliquando vero aduersis rebus pressos immodica tristitia absorbent, & contrahunt? Quis verbis consequi possit, quam frequentes illic luxuriæ charybdes: quam crebræ libidinum Syrtes; quam periculose cæterorum vitiorum latentes scopuli, aliaque innumera pericula miseris hominibus interitum minantia? Iam verò quis oratione comple-
cti

DEDICATORIA.

Ati sufficiat Pyratarum, qui hoc mare obsident, opportunaque loca captant, è quibus nos incautos adorianrur, spoliunt, & vinculis constrictos secum in sempiternam captiuitatem abducant, immanitatem? Pyratę autem isti dæmones sunt: qui cum sint iuratissimi humani generis hostes, ex nulla re maiorem, quam ex nostra perditione voluptatem capiunt; Inter hæc autem pericula, quid homini fragili, imbecillo, nullisque viribus præstanti, cui mare hoc magnum transfretandum est, quid animi putas esse? Quomodo fieri poterit, vt non alicubi impingat, qui nullis contra hæc pericula præsiidiis a se ipso

EPISTOLA

ipso instructus est: imo tam
densis ignorantiae tenebris
inuolutus, ut pericula hæc
ne agnoscat quidem, sed
clausis oculis in sempiter-
nam perniciem volens ri-
densque ruat? Ductore igitur
opus habet, qui horum
periculorum gnarus sit qui
ei Charybdes, Syrtes, scopu-
losque latentes commo-
nstret: qui contra Pyratarum
infidas eum tueatur ac mu-
niat: qui denique tuto ip-
sum ad æternæ beatitudinis
portum prouehat. Hunc
monstrat præfens libellus,
qui STELLAM MYSTICAM,
Beatissimam videlicet Vir-
ginem MARIAM, ostendit,
ut qui eam sibi in Patronam,
Matrem ac protectricem
assit:

DEDICATORIA.

assiuerint, ea ducente, ac
protegente, à naufragio, at-
que ab omnibus procellosi
huius maris periculis, pyra-
tarumque machinationibus
liberi, optatum perpetuę fœ-
licitatis portum tenere pos-
sint. Quem libellum cum
his diebus ex Gallica in La-
tinam linguam conuertis-
sem, atque pro communi
totius orbis Christiani utili-
tate in lucem proferre sta-
tuisssem, sub tuo potissimum
nomine, Clarissime LINEKI
prodire volui. Partim vt,
cum plurimis manifestissi-
misque indiciis me tibi ca-
rum esse cognoscerem, ego
quoque vicissim, qualem-
cunque poteram, animi erga
te mei significationem da-

EPISTOLA

rem, quantoque te amore complecterer ostenderem. Quem amorem quia non fluxo fundamento, sed eternis planeque diuinis radicibus nititur, perpetuum quoque futurum auguror. Coniunxit enim me tibi, eximia ingenij naturæque tuæ bonitas, insignis modestia, singularis in Deum pietas: literarum feruens & indefessum studium. Quibus in virtutibus Patrem tuum dignę memoriæ virum D. NICOLAVM LINCKIVM. amplis in Republica Coloniensi, cui à secretis fuit, honoribus integerrimè perfunctum, & æquitatis atque iustitiæ laude, ac luris cognitione in primis clarū, æmulari ac referre videris.

Par-

DE DICATRICA.

Partim quod conueniētissimum esse putarem, STELLAM hanc mysticam, Beatissimam videlicet virginem MARIAM, quam tu iam pridem in studiorum ac totius vitæ tuæ Patronam & directricem elegisses, ad te potissimum mittere, vt ad eam quam hætenus semper coluisses, deinceps maiori cum affectu colendam, tibi stimulos adderem. Suscipe igitur, Clarissime LINCKI, munus perexiguum sed ab animo, magna, si facultas fuisset, offerre cupiēti profectum: meque vt facis dilige, ac pijs apud Deum precibus adiua. Ego vicissim Deum, precabor, vt te stellæ huius mysticæ ductu, multiplici literarum

rarum

EPISTOL. DEDICAT.
rarum cognitione, præcla-
risque meritorum cumulis
auctum, in æternæ foelici-
tatisportum, integris mer-
cibus, lætum ouantemque
inuehi faciat.

Ex Cartusia Coloniensi.
Calend. Septembris.

Clarissima dominationis tuæ
Seruus.

F. Antonius Dulcken
Cartusie Coloniens.
alumnus.

PIO